Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

de duplici scilicet in carnem et ad judicium videtur memoriam facere sicut in officio
ipsius temporis patet. Hinc est etiam quod jejunium adventus partim est exultatio-
nis et partim moeroris. Ratione enim adventus in carnem dicitur jejunium exul-
tationis, ratione adventus ad judicium dicitur jejunium moeroris. Et ad hoc
innuendum ecclesia cantat tunc quaedam cantica laetitiae et hoc propter ad-
ventum misericordiae et exultationis. Quaedam vero deponit et hoc propter adventum
severae justitiae et moeroris. Circa adventum igitur in carnem tria vi-
deri possunt scilicet adveniendi opportunitas et adventus necessitas
et utilitas. Opportunitas adveniendi attenditur primo ex parte hominis
qui primo in lege naturae convictus fuit de defectu cognitionis divinae, unde et
tunc in pessimos errores cecidit ydolatriae, et ideo coactus est clamare et
dicere: Illumina oculos meos etc. Deinde advenit lex jubens in qua
convictus est de impotentia, cum prius clamaret: non deest qui impleat sed
qui jubeat. Ibi enim solummodo est eruditus, sed non a peccato liberatus nec
per aliquam gratiam ad bonum adjutus. Et ideo coactus est mutare et
dicere: non deest qui jubeat sed qui impleat. Opportune igitur filius dei ve-
nit quando homo de ignorantia et impotentia convictus fuit, ne si forte ante
venisset homo suis meritis salutem ascriberet et ideo medicinae gratus non
esset. Secundo ex parte temporis quia venit in plenitudine temporis. Gal. iiii.
Aug. At ubi venit plenitudo temporis etc. Aug. Multi dicunt quare non ante venit Christus.
Quia nondum venerat plenitudo temporis moderante illo per quem facta sunt tempora.
Denique ubi venit plenitudo temporis venit ille qui nos liberaret a tempore.
Liberati autem a tempore venturi sumus ad illam aeternitatem ubi nullum est tempus.
Tertio ex parte vulneris et morbi universalis. Quia morbus erat univer-
salis, opportunum fuit universalem exhiberi medicinam. Unde dicit Aug.
Aug. Quia tunc venit medicus quando per totum mundum magnus jacebat aegrotus. Unde
ecclesia in vii antiphonis quas cantat ante nativitatem domini ostendit
multiplicitatem sui morbi et ad quamlibet petit remedium medici. An-
te siquidem adventum filii dei in carnem eramus ignorantes sive caeci,
poenis aeternis obligati, mala peccati consuetudine victi, tenebris ob-
voluti, exules a patria expulsi, ideoque indigebamus doctore, re-